



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN


## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis  
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,  
feruenterq. celebrandum disponatur**

**Poiré, François**


**Romæ, 1639**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)



h  
164

№ 3164





IGNIS  
HOLOCAUSTI  
SEU

AFFECTVS EX DIVINIS  
literis, & Sanctis Patri-  
bus collecti,

Quibus animus Sacerdotis ad piè,  
feruenterq. celebrandum  
disponatur.

A P. FRANCISCO POIRAEO  
è Societate IESV.

*Opusculum omnibus ad sanctissi-  
mam Eucharistiam acces-  
suris perinde utile.*

  
*Collegij Sacerdotij Jesu Paderb.*

ROMÆ, Typis Petri Antonij  
Facciotti. MDCXXXIX.

---

*Superiorum Permissis.*

*Imprimatur*, Si videbitur  
Reuerendis. P. Mag. Sa-  
cri Palatij Apostolici.

*Io. Bapt. Episc. Cam. Vicesg.*


*Imprimatur*. F. Gaspar Aro-  
nus Lector, Socius Reue-  
rendis. P. Fr. Nicolai Ric-  
cardij Sacri Palatij Apo-  
stolici Magist. Ord. Præd.

3  
SACERDOTIBVS  
CONGREGATIONIS  
SANCTISSIMÆ

VIRGINIS MARIÆ,

ET

SANCTI FRANCISCI  
XAVERII.



IGNEM abs-  
condi sinu  
non posse  
vetus æquè, ac verum

A

2

Salo-



4

Salomonis oraculum  
fuit. Sua quippe luce,  
si non calore se pro-  
dit lucidissimum pa-  
riter, ac flagrantissi-  
mum elementum. Li-  
bellus hic fortitus ab  
igne nomen fuit, nec  
illud inane; igneus  
enim totus est, & vn-  
dique flammis eui-  
brat innocentes. Ut  
proinde abditum fi-

III

nu tenere quis posset?  
 Facem ille sibi ad lu-  
 cem publicam præ-  
 ferebat, quippe qui  
 facie præfert ignem.  
 præterquamquod ini-  
 quum videri poterat,  
 vt res ingenito cæte-  
 roquin fulgore con-  
 spicua careret Sole.  
 Quibus verò proditu-  
 rus primas ille flam-  
 mas aptius admoue-

A 3 ret

6

ret quam vobis. Integerrimi Sacerdotes? quos videlicet vt Holocaustum absumendos expetit ignis ille verè candens, & amabili flāma consumens, quem vestris euocatiū verbis è cælo puris vos tam sæpè manibus attrectatis? Ignem enim Holocausti appellarunt Hębrei, quē

301                      è cæ-

è cælo delapsum ad-  
hibuerunt in poste-  
rum ad Holocauſta,  
quæ profanis ignibus  
abſumere nefas erat.  
Nimirum quod ſibi  
vindicat Sacrificium  
Deus cæleſti ſolum  
par eſt igne comburi.  
Ignem igitur offero  
plane cæleſtem, qui  
eos in vobis igniculos  
excitabit, quibus olim

A

4

vt

8

vt Holocausta conflagretis. Atque hoc mihi sēper in votis fuit, vt ijs possem vos aliquando deuouere flāmis, quibus incendi beatum est. Valete.

IV + A PIA



P I A  
AD QVOTIDIE  
CELEBRANDVM  
INVITATIO.

*Ex S. Bonau. de pra-  
parat. ad Missam  
cap. I.*



VM Sacer-  
dos est ab-  
sque pec-  
cato mor-  
tali, & in  
proposito bono, non

A 5 ha-

10 *Pia ad quotidie*  
habens legitimum im-  
pedimentum, & non  
ex reuerētia, sed negli-  
gentia celebrare omit-  
tit, priuat Trinitatem  
laude, & gloria; Ange-  
los lætitia, peccatores  
venia, iustos subsidio,  
& grato in purgatorio  
existentes refrigerio,  
Ecclesiam Christi spi-  
rituali beneficio, & se-  
ipsum medicina, & re-  
medio cōtra quodidia-  
na peccata, & infirmi-  
tates. Item priuat se  
omnibus prouenienti-  
bus ex sacra commu-  
nione, quæ sunt pecca-  
torum

*celebr. inuit.* II

torum remissio, fomi-  
tis mitigatio, mentis il-  
luminatio, interior re-  
fectio, Christi, & cor-  
poris eius mystici in-  
corporatio, virtutum  
roboratio, contra dia-  
bolum armatio, fidei  
certitudo, spei eleua-  
tio, caritatis excitatio,  
deuotionis augmenta-  
tio, & Angelorum con-  
uitatio. Item non com-  
plet sibi iniunctum ma-  
gnæ dignitatis obse-  
quium, nec officium,  
exercet debitæ serui-  
tutis Dei: & tamen scri-  
ptum est, *Maledictus* Iero. 48.

A 6 qui



12 *Pia ad quotidie*


qui facit hoc opus Dei  
negligenter. Item con-  
temnit Christi præce-  
ptum de obseruantia  
huius Sacramenti: ideo  
Christus comminatur,

*Joan. 7.* Nisi manducaueritis  
carnem filij hominis,  
&c. Vltimò, quantum  
in se est, euacuat diui-  
num cultū, & latriam  
Creatori debitam, in-  
gratus de beneficijs.

*Numm. 9.* Vnde dicitur in Nu-  
meris: Si quis mundus  
est ( scilicet à peccato  
mortali ) & in itinere,  
non fuerit ( scilicet ali-  
ter impeditus ) & non  
fecerit

*celebr. inuit.* 13

fecerit Phafe, anima il-  
la de populo suo ex-  
terminabitur, quia sa-  
crificium non obtulit  
Domino tempore suo.  
Ergo quantum potes,  
toto conatu per exer-  
citiū boni operis, la-  
crymarum contritio-  
nem, & deuotionis flā-  
mam, expelle à te om-  
nem teporem, & ne-  
gligentiam, ne inuenia-  
ris respuere tantorum  
charismatum donā.



Ex

14 *Pia ad quotidie*

*Ex Paschasio lib. de  
Corpore, & Sanguine  
Domini  
cap. 9.*

**I**teratur quotidie  
hæc oblatio, licet  
semel Christus passus  
sit, quia quotidie pec-  
camus peccatis, sine  
quibus mortalis infir-  
mitas viuere non po-  
test. Et quia quotidie  
labimur, quotidie pro  
nobis Christus mysticè  
immolatur.

A D.

ADHORTATIO

ad piè, ac deuotè  
celebrandum.

*Ex Concil. Trident.*

*Sess. 13. cap. 7.*

**S**I non licet ad sa-  
cras vllas functio-  
nes quempiam acce-  
dere nisi sanctè, certè  
quò magis sanctitas, &  
diuinitas celestis huius  
Sacramenti viro Chri-  
stiano comperta est, eò  
diligentiùs cauere ille  
debet ne absque ma-  
gna

1. Cor.  
11.

16 *Pia ad quotidie*  
gna reuerentia, & san-  
ctitate ad id percipien-  
dum accedat, præfer-  
tim cum illa verba ple-  
na formidinis apud A-  
postolum legatur; Qui  
manducat, & bibit indi-  
gnè, iudicium sibi man-  
ducat, & bibit, nõ diju-  
dicās corpus Domini.

*Ex S. Ambrosio in præ-*  
*parat. ad Missam.*

**Q**Vanta, Domine  
Iesu, cordis con-  
tritione, & la-  
crymarum fonte: quan-  
ta reuerentia, & timo-  
re:

*celebr. adhortat. 17*

re: quanta corporis castitate, & animæ puritate illud diuinum, & cœleste Sacrificium, est celebrandum, vbi caro tua in veritate sumitur, & sanguis tuus in veritate bibitur; vbi summis ima coniunguntur: vbi adest præsentia Sâctorum Angelorum: vbi tu es Sacerdos, & Sacrificium mirabiliter, & ineffabiliter constitutus? quis dignè hoc celebrare poterit, nisi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignum?

*Ex*

18 *Pia ad quotidie*

*Ex S. Gregor. in 1. Reg.  
lib. 2. cap. 1.*

**Q**uia sine peccato  
electi etiam viri  
esse non pos-  
sunt, quid restat, nisi ut  
à peccatis, quibus eos  
humana fragilitas ma-  
culare nō desinit, eua-  
cuari quotidie conen-  
tur? Nam qui quotidie  
non exhaurit, quod de-  
linquit, et si minima  
sunt peccata, quæ con-  
gerit, paulatim anima  
repletur, atque ei fru-  
ctum auferunt internæ  
saturitatis.

F A.

FACILIS DEVOTĒ  
celebrandi formula.

**P**Raxis hæc vniuer-  
sa tria tēpora com-  
plectitur. Primum est  
illud, quod Missam an-  
tecedit, & præparatio-  
ne continetur. Secun-  
dum est ipsum diuini  
sacrificij tempus. Ter-  
tium id, quod proximè  
sequitur, quod Gratia-  
rum actionē vulgò ap-  
pellamus. De hoc tri-  
plici tempore breuiter  
dicendum.

ANTE



---

**ANTE MISSAM.**

**M**ulti multa præcipiunt, & præces prope innumeras congerunt: pauca præscribam, & simplicia. Preparatio in vniuersum duplex, remota, & proxima. Remota est, quæ Missæ tempus horis aliquot antecedit. Proxima, qua se Sacerdos ad celebrandum, proximè comparat. Ut autem est alius alio sanctior, ita in preparatione,

ne,

*celebrandi form. 28*

ne, quam remotam dicimus, instituenda sollicitior, accuratiorque. Pauca hæc ab omnibus seruata velim. Pridie eius diei, quo celebraturus est, quisque cogitationē hanc suscipiat, eique si fieri possit, indormiat, Crastina die omnipotenti Deo salutarem hostiam oblaturus sum; illudq. Dauidicum oret, Memor <sup>Psal. 139</sup> sit Dominus sacrificij mei, & holocaustum meum pingue fiat. Ad dat breuem aliquem affectum, seu reuerentia,

tia,

22 *Facilis deuotè*  
tia, seu amoris, seu de-  
siderij, seu pudoris, aut  
alium quẽuis. Sequen-  
ti die in eadem cogita-  
tione, & affectu euigi-  
let, tempusq̃. aliquod  
ex more orationi men-  
tali tribuat. De cæte-  
ro munditie tum in-  
ternæ, tum externæ ra-  
tionem præcipuam ha-  
beat, caueatq̃. in pri-  
mis, ne animus in ludi-  
cra, aut externa ita di-  
labatur, vt sub Missæ  
tempus non nisi ægrè  
reuocari possit. Sacra-  
mentalibus confessio si  
obeunda sit, seriò, &  
cum

*celebrandi form. 23*

cū pietatis sensu, nunquam autē neglectim eam obeat, ne quendam quasi stuporis calum contrahat, & ad pios, religiososq. motus indurescat. Proximè ante sacrum temporis aliquid sumat, putà horæ quadrantem, quo illud impleat Apostoli monitum, Probet autē seipsum homo, &c. I. Cor. 11.  
Eo tempore iubent aliqui mysterij fidem excitari, spem erigi, caritatem accendi, dominicæ passionis inuouari memoriam, sacrosã  
ete

24 *Facilis devotè*

etę Trinitatis personas  
singillatim appellari, &  
id genus plurima, quæ  
omnia sanctè, pieq. præ  
cipiuntur. Verbo di-  
cam, quod sentio. Qui  
diuinis rebus exercita-  
tos sensus habent, ijs  
non multis documētis  
opus est. Præstat enim  
vt affectibus sanctis in-  
dulgeant, quàm vt se  
alienis præceptis illi-  
gent. Quia tamen ple-  
riq. sunt vel minus per-  
se idonei ad animum  
ad cœlestia erigēdum,  
vel admodum occupa-  
ti, ijs ego, alijsq. qui re-  
cen-

*celebrandi form. 25*

centes, & noui ad hoc  
mysterium accedūt, le-  
ui manuuctione con-  
fulam. In primis igi-  
tur autor sum, vt tres  
actus nunquam inter-  
mittant; ij sunt Dire-  
ctio intentionis, Con-  
tritionis, & Amoris,  
seu Desiderij excita-  
tio. Hos in hebdoma-  
daria praxi, quæ proxi-  
mè subijcietur, semper  
præmittam. Et quidem  
quod ad directionem,  
intentionis attinet, ge-  
minam dabo, quæ pro  
Sacerdotis opportuni-  
tate longior, aut bre-  
uior

B

uior

26 *Facilis deuotè*  
uior fieri poterit. Con-  
tritionis autem actum;  
& Defiderij, seu Amo-  
ris excitationē per sin-  
gulos hebdomadæ dies  
commutabo. Cæterum  
facile cuiq̃. fuerit, pra-  
xim hanc hebdomada-  
riam, menstruam, aut  
etiam longiorem face-  
re, mutatis per singu-  
los mēsis dies seu Dei,  
seu Christi Domini at-  
tributis, atque elogijs,  
seu etiam vitæ ipsius  
mysterijs, alijsq̃. gene-  
ris eiusdem. Subijciam  
denique breues tum  
ex sacris paginis, tum  
ex

*celebrandi form. 27*

ex PP. sententijs, tum  
ante rem diuinam, tum  
post eam vsui futuras,  
quasi quosdam pietatis  
igniculos, vt ijs confi-  
derādis immorari pos-  
sint, qui id præstare  
maluerint, quam quæ  
fusiùs tradita sunt pro-  
nunciare.

---

**I N M I S S A .**

**T**Res omnino diui-  
næ huius actionis  
comites esse necesse  
est, Reuerentiam, At-  
tentionem, Deuotio-

B 2 item.



28 *Facilis deuotè*  
nem. Reuerentia mo-  
tus omnes exteriores  
componit, vt modestè,  
grauitèr, decenterque  
fiant, prout inter fre-  
quentes Angelorum  
cœtus, atque sub ocu-  
lis diuinæ Maiestatis  
versari æquum est. At-  
tentio mētē retinet,  
ne circum aliena de-  
fluat, atque intra ea,  
quæ aguntur, coërcet.  
Deuotio voluntatem  
inflammat, ne ad hæc  
sacra languidè, atque  
ex consuetudine, sed  
nouo semper cum fer-  
uore, Deiq. placandi,

CO-

*celebrandi form. 29*  
colendi, propitiandiq.  
studio accedat.

Atque hæc quidem  
vniversim dicuntur: quæ  
verò sequuntur, singil-  
latim. Principiò prode-  
rit legisse aliquem ex  
ijs Autoribus, qui sa-  
cro sancti sacrificij ri-  
tus, actionesq. singu-  
las explicâdo enuclea-  
runt. Mirû enim quan-  
tûm inde pietatis, ac  
venerationis accedat.  
Præstiterunt id inter  
cæteros. *S. Dionys. c. 3.*  
*Eccles. hierarchia, Ger-*  
*manus Constantinop. in*  
*rerû Ecclesiasticarum*

B

3

theo-

30 Facilis deuotè  
theoria, quæ habetur  
tomo 8. Biblioth. Colon.  
Ordo Romanus de di-  
uinis officijs ibidem,  
Amalarius Fortuna-  
tus Ecclesiasticorum  
officiorum lib. 3 qui ha-  
betur Tom. 9. Biblioth.  
Honorius Augustodu-  
nensis lib. de antiquo ri-  
tu Missarum, qui ha-  
betur Tom. 12. D. Tho-  
mas opusc. 66. D. Bo-  
nauent. in Expositione  
Missæ, Guillelm. Du-  
rādus lib. 4. diuinorum  
officiorum, Ioan. Ste-  
phanus Durantus de  
ritibus Ecclesie lib. 2.

Ludo-

celebrandi form. 31

Ludouicus à Ponte  
Tomo 4. Christi. Perf.  
Tract. 2. Ioan. Bap-  
tista Scortia de sacrificio  
Missæ lib. 3. & alij non  
pauci.

Secundò statuēdum  
est, nihil præcipi vtilius  
posse quàm vt Sacer-  
dotis animus ijs, quæ  
toto diuinæ Liturgiæ  
decurfu peragūtur fir-  
miter adhæreat; pro-  
cumbat nimirum non  
animo minùs quàm  
corpore cum procum-  
bendum est, adoret,  
laudet, credat, offerat  
vbi id præstat Ecclesia;

B 4 quan-

32 *Facilis deuotè*

quādo nihil ijs, quæ eo tempore dicuntur, aut fiut dici, aut fieri potest augustius.

Tertiò nihilominus quia ferè fit, vt animus parum recti tenax horum myfteriorum afuetudine, & vfu vage- tur, ideò quibusdam, quasi vinculis pietatis adstringendus est, & retinendus. Vincula pietatis appello praes quafdam, & formas non quibus prægraue- tur animus, fed quibus ita contineatur, vt fi- mul etiam excitetur, eri-

*celebrandi form. 33*

erigaturque: cuiusmo-  
di sunt quæ subdam.

Plærisque profuit  
cum eo affectu acce-  
dere quo se iuuari po-  
tissimum sentirent, aut  
quem tunc in se expe-  
rarentur, & in eo, toto  
Missæ tempore perdu-  
rare. Exemplum esto,  
quod à B. P. Francisco  
Borgia ex Duce Gan-  
diæ Societatis I E S U  
Præposito Generali fa-  
ctitatum legimus. Affi-  
ciebatur in primis sui  
demissione, eiusq. oc-  
casiones modis omni-  
bus conquirebat: sed

B 5 præ-

34 *Facilis deuotè*  
præcipuè cùm ad tre-  
menda myſteria acce-  
deret, eo ſenſu totus  
perfundebatur. Dum  
ſe ad rem diuinã com-  
pararet, veniebat in-  
mentem Chriſtum Do-  
minum antequam hoc  
ſacramentum inſtitue-  
ret ad Iudæ pedes ac-  
cidiffe. Tum verò ſe  
proditorem eſſe cõfes-  
ſus ad quem Chriſtus  
accederet ſuis ſe lacry-  
mis proluebat. Dum  
ſub inum altaris gra-  
dum ſtaret, diuini illius  
mandati memoria re-  
currebat, quo ne quis  
fu-

*celebrandi form.* 35

humantem mōtem attingeret, accederetue olim cauebatur, quod sibi imprimis tanquam hominum vltimo inculcari existimabat. Dum Angelicam hymnodiā, Gloria in excelsis, proferret, pudore suffundebatur immēso, quòd cæleste canticum ore polluto decurreret. Dum Collectas recitaret, erubescibat scilicet quòd inter Deum, & homines sequester esset, qui toties alios ad illicita pertraxisset. Dum Epistolam lege-

B 6 ret,



36 *Facilis deuotè*  
ret, Egone, inquebat,  
vt diuina depromam  
oracula, qui tandiu in  
cathedra pestilentia  
fedi? Dum Euangelium  
pronunciaret, Apage,  
aiebat, hunc Euangelij  
præconem, qui Euan-  
gelij leges omnes vio-  
lauit. Ad Offertorium  
Ha secum. Tunc vt  
æterno, parenti filium  
offerat cui mortem ac-  
cessisti? At quò pro-  
piùs ad diuinæ hostiæ  
consecrationem acce-  
deret, eò validiùs in-  
clamari sibi sentiebat  
illud Christi Domini  
ver-

*celebrandi form. 37*

verbum , Ecce venit  
hora , & filius hominis  
tradetur in manus pec-  
catorum. Inter sumen-  
dam autem diuinam  
hostiam dici non po-  
test quibus verbis in-  
dignitatem suam incu-  
saret, quibus se probris  
oneraret, quantaq. de-  
missione admissorum  
veniam postularret. Ita  
vir sanctus in abiectio-  
nis spiritu perseuera-  
bat ad sacrificij finem,  
nec ab eo inter gratia-  
rum actiones discede-  
bat . Quæ aliquantò  
plenius à me idcirco  
com-

38 *Facilis deuotè*  
commemorata sunt, vt  
quisque intelligat id-  
ipsum in alijs quoque  
affectibus Amoris, Cõ-  
fidentia, Timoris, Re-  
uerentia, Adorationis,  
Glorificationis, Gra-  
tiarum actionis, cæte-  
risq. præstari posse,  
prout quilibet fuerit  
constitutus.

Non defunt, qui to-  
to Missæ tēpore Deum  
intueantur sub ea for-  
ma, & habitu quem  
sibi eo die proponunt,  
putà die Dominica, vt  
Regem. Atque ita  
dum ad altaris gradus  
stant

*celebrandi form.* 39  
stant initio, sibi videntur coram Rege multorum scelerum rei assistere. Dum deinde laudant, vel adorant, inter Regios aulicos versari, & simul cum ipsis caeleste ministerium obire; atque ita de caeteris. Idemq. de reliquis diebus esto iudicium.

Sunt, qui secundum varia anni tempora Christum Dominum, sub oculis habeant, aut conceptum, aut natum, aut vitam absconditam agentem, aut docentem,

tem,

40 *Facilis deuote*  
tem, & miracula pa-  
trantem, aut Patien-  
tem, aut Resurgentem,  
aut in cælum ascēden-  
tem, aut Spiritum fan-  
ctum mittētem. Exem-  
pli causa; Toto Aduen-  
tus tempore ipsum in  
Beatae Virginis utero  
clausum venerantur,  
& rem diuinam ita pe-  
ragunt, vt siue initiò  
de peccatis conteran-  
tur, siue deinde laudēt,  
adorent, benedicant,  
offerant, &c. omnia  
sub eius conspectu fa-  
ciant, atque ad ipsum  
quasi præsentem refe-  
rant:

*celebrandi form.* 41  
rant: & ita de cæteris  
anni temporibus.

Sunt qui hebdomada dies ita partiantur, ut memores se pro hominibus eo maximè tempore legatione fungi, legationem suam sic adornent, ut in frequenti semper cœtu versentur, hoc ferè modo. Die Dominica illud sibi proponunt, In conspectu Angelorum psallam tibi, &c. atque ita choros omnes Beatorum spirituum aduocant. Tam nobili cœtu stipati ad Deum ac-

no

ce-

42 *Facilis deuotè*  
cedūt, & in altaris imo  
gradu indignitatem  
suam imprimis profi-  
tentur; deinde reliqua  
præstant, quæ in Missæ  
progressu faciēda sunt.  
Die Lunæ procedunt  
comitantibus Patriar-  
chis: atq; ita deinceps  
de Prophetis, Aposto-  
lis, Martyribus, Con-  
fessoribus, Virginibus.

Sunt denique ( ne  
plura congeram ) qui  
diuinam Liturgiam in  
septem veluti statio-  
nes diuidant, & in sin-  
gulis aliquandiu con-  
quiescant. Prima statio  
Con-

*celebrandi form. 43*

Contritionis est, seu  
Pudoris, eaq. ad altaris  
gradus peragitur, vbi se  
Sacerdos diuino quasi  
iudicio sistit, & noxas  
confessione expiat. Se-  
cunda Glorificationis,  
seu Benedictionis, eaq.  
Missæ introitu, quo fe-  
rè diuinæ laudes, de-  
cantantur, & Angelo-  
rum carmine, Gloria  
in excelsis, continetur.  
Tertia Doctrinæ, seu  
instructionis, eaq. Epi-  
stolam, Euangeliumq.  
complectitur, quibus  
salutis monita siue à  
Christo Domino, siue  
ab



44 *Facilis deuotè*  
ab Apostolis, aut Pro-  
phetis tradita compre-  
henduntur, quæ præci-  
pua quadam cum re-  
uerētia suscipi æquum  
est. Quarta Fidei, eaq̃.  
Niceno symbolo ab-  
soluitur. Quinta Obla-  
tionis, eaq̃. in primis  
continet hostiæ saluta-  
ris oblationem, deinde  
cōmemorationem eo-  
rum omnium, quæ siue  
ante Canonem, siue ini-  
tio Canonis Deo com-  
mendantur. Sexta Cō-  
munionis, eaq̃. à verbis  
illis (Communicantes,  
& memoriam facien-  
tes)

*celebrandi form.* 45  
tes) vsque ad postcom-  
munionem protendi-  
tur. Ibi Sacerdotis ani-  
mus quasi in sublime  
erigitur, & cœlestibus  
admiscetur choris; ibi  
Christum præsentem  
venerantur, & per va-  
rios affectus exultatio-  
nis, amoris, spei, &c. se  
ad diuinam vnionem,  
quæ Communionem pe-  
ragitur, disponit. Se-  
ptima denique Gratia-  
rum actionis est, eaq̃.  
Orationibus illis, quæ  
Communionem con-  
sequuntur, definitur.

Ex his facile est cui-  
uis

uis

46 *Facilis deuotè*  
uis modos alios finge-  
re, quibus animus inter  
celebrandum erigatur.

---

### POST MISSAM.

**T** Res affectus se-  
quentes Sacrifi-  
cium excipient, Gra-  
tiarum actio, & Vox  
laudis: Oblatio sui: at-  
que Petitio: quos item  
per singulos hebdoma-  
dæ dies variare fortè  
erit operæ pretium, vt  
fatietas, ac languor,  
quæ cōsuetudine alun-  
tur, euitentur.

A D.

---

# ADMONITIO

*Ad Lectorem.*

**C**Vm Precationum  
sequentium pars  
optima ex Soliloquijs,  
Manuali, & Medita-  
tionibus S. Augustini  
excerpta sit, propterea  
tria te monitum volui,  
Candide lector.

Primum, apud S. Au-  
gustinū Soliloquiorum  
duo genera reperiri.  
Alterum Tomo primo  
duo-

48 *Admonitio*

duobus libris absolutum. Alterum Tomo nono capitibus triginta septem comprehensum. Ac de priori quidem Opusculo dubitari non posse quin sit Augustini: quippe cuius in libris Retractionum meminerit. De posteriori verò maiorem esse controuersiam, cum illud alij Anselmo, alij alijs vindicent. Ego, quia passim sub Augustini nomine circumfertur, & quia Louanienses, Basileensesq. Censores, Bellarminus,

*Ad Lectorem. 49*

& alij Scriptorum Ec-  
clesiasticorum Tracta-  
tores vel Augustini, vel  
faltē Autoris in ipsius  
scriptis apprimè ver-  
fati esse contendunt;  
ideò fidenter Augusti-  
no adscribo: tametsi vi-  
tādi erroris causa prio-  
ribus Soliloquijs lite-  
ram A, posterioribus  
literam B, adiungo.

Secundū apud eun-  
dem Augustinum Ma-  
nualia item esse duo.  
Alterum Tomo tertio  
Operum ipsius ad Lau-  
rentium inscriptum.  
Alterum Tomo nono

50      *Admonitio*  
in triginta sex capita  
digestum. Ac de vtro-  
que idem pene, quod  
de Soliloquijs iudi-  
cium: nimirum id, quod  
Tomo tertio habetur  
certò esse Augustini:  
quod verò Tomo no-  
no continetur sub iu-  
dice, ac quæstione esse:  
videri tamen citatis  
Doctoribus vel Augu-  
stini germanam sobo-  
lem, vel certè alterius,  
qui ex Augustini sen-  
tentijs Opusculũ com-  
pilarit. Ego in his Pre-  
catiunculis vtrumque  
do Augustino: sed cum  
hac

*Ad Lectorem.* 91

hac leni distinctione .  
Quod enim Tomo ter-  
tio continetur , cum  
eodem Augustino En-  
chiridij græca voce re-  
tēta designo: quod au-  
tem Tomo nono ha-  
betur , cum alijs Ma-  
nuale latino nomine  
appello .


Tertium , quod ad  
Meditationes attinet ,  
vix eruditorum vlli vi-  
deri Augustini esse, sed  
vt plurimum repeti-  
tione constare eorum,  
quæ Soliloquijs B , &  
Manuali continentur .  
Sanè apud Anselmum

C 2 To<sup>s</sup>



52 *Adm. ad Lect.*

Tomo tertio habentur  
ad verbum nouē ipso-  
rum prima capita, &  
non plura. Quia tamen  
in libello, qui manibus  
omnium teritur, Augu-  
stini prænotantur titu-  
lo, nulli mouebo scru-  
pulum, sed cum vulgo,  
imò cum ijs, qui in  
Opera Sancti Augusti-  
ni retulerunt, eidem  
Sancto Doctori tribuã.



PRA-

PRAXIS  
HEBDOMADARIA

A D

PRÆPARATIONES  
& Gratiarum actio-  
nes, quæ sacrum  
Missæ sacrificium  
præcedunt, & sub-  
sequuntur.

*Atque in primis de di-  
rectione intentionis.*

**E** ea sic D. Bo-  
**D** nauétura de  
Præparatio-  
ne ad Missam

cap. 8. Homo Dei, di-

C 3 rige

rige vota tua, & desideria ad Deum, & vide quibus affectionibus, & desiderijs trahi debeas ad sacra mysteria celebranda. Primò te trahet conscientia, & remorsus delictorum, sperans per eum quasi per hostiam oblationis ab omni peccato purgari.

Secundò tuæ infirmitatis intuitus, & cōsideratio, vt eum quasi medicinam ad te voces, per quam ab omni infirmitate cureris.

Tertiò pressura aliquius

cuius

*Hebdomadaria.* 55

cuius tribulationis, vt  
per eum, qui omnia  
potest, ab omni aduer-  
sitate citius libereris,  
& protegaris.

Quartò, desiderium  
alicuius gratiæ, vel spi-  
ritualis beneficij impe-  
trandi, vt per eum, cui  
Pater nihil negare po-  
test, obtineas.

Quintò, gratiarum  
actio pro omnibus be-  
nificijs temporalibus,  
& spiritualibus, tibi, &  
alijs impensis, cum ni-  
hil habeamus Deo re-  
tribuere pro omnibus,  
quæ retribuit nobis a-  
liud,

liud, quàm calicem salutaris accipere, & sacrificare hostiam laudis, id est Iesum Christum.

Sextò, caritas, & cõpassio proximorum cum pro salute viuorum, & requie defunctorum, nihil efficacius interpellet, quàm Christi sanguis effusus in remissionem peccatorum.

Septimò, laus Dei, & Sanctorum, cum nihil habeamus, quo possimus Deum, & Sanctos pro sua dignitate lau-

lau-

*Hebdomadaria. 57*

laudare, quàm Christū  
sacramentaliter Deo  
Patri offerre, & immo-  
lare.

Octauò, Dei amor,  
& dilectio, vt eum in-  
uites ad te, ac per inui-  
scerationem spiritualis  
refectionis, in te ipso  
eum delectabiliter am-  
plexeris.

Nonò sitis, & desi-  
derium augendæ gra-  
tiæ, quia hoc sacramen-  
tum fontem continet  
gratiarum, & sanctifi-  
cationum, & auctorem  
continet salutis, Do-  
minum nostrum Iesum

C 5

Christi

Christum. Ideò dicitur  
Eucharistia, idest bona  
gratia. Cætera verò sa-  
cramēta fluenta sunt,  
& riuuli gratiarum,  
quibus sanctificamur.

Decimò ardor, & su-  
spirium, quo totis vi-  
sceribus virtute huius  
excessiuæ caritatis, &  
dulcissimæ refectionis  
cupias sanctificari ab  
omni inquinamento  
carnis, & spiritus, &  
eripi ab omnibus peri-  
culis, & tentationibus:  
ac inseparabiliter vni-  
ri Christo Saluatori, &  
conseruari in suo amo-  
re.

*Hebdomadaria. 59*

re. Vnde inquit Christus: Pater, quos dedisti mihi volo, vt vbi ego sum, illi sint mecum, vt sint vnū sicut nos vnū sumus, ego in eis, & tu in me, vt sint consummati in vnum.

Ex his omnibus ad faciliorem vsū Sacerdotis formulam hanc conscripsi, quam siue integram, siue in partes distributam, siue in pauciora verba contractam pro commo-  
do recitare possit.

C 6 DI



**DIRECTIO**  
**INTENTIONIS**  
vberior facienda  
pro commodo  
Sacerdotis.

**D**Eus cœli, & ter-  
ræ, Rex Regum,  
& Domine Dominan-  
tium, ego N. indignus  
tuus, & Ecclesiæ tuæ  
sãctæ minister in vniõ-  
nem illius infinitæ ca-  
ritatis, qua vnigenitum  
Filium tuum nobis de-  
didisti; in vniõnem Sacri-  
ficij

*fac. pro com. sacer. 61*  
ficij admirabilis, quod  
idem vnigenitus tuus  
in cœna, & in cruce  
consummauit; in obe-  
dientiam illius manda-  
ti, quo vt idem in eius  
commemorationē fa-  
ceremus admonuit, in  
cultum supremæ ado-  
rationis, quam tibi  
Creatori nostro, & re-  
rum omnium autori  
debemus, in honorem,  
ac reuerētiam sacratis-  
simæ Humanitatis Do-  
mini nostri Iesu Chri-  
sti; in memoriam In-  
carnationis, Natiuita-  
tis, omniumque myste-  
rio

rio

62 *Direct. Inten.*

riorum vitæ, Passionis,  
Resurrectionis, & Af-  
censionis ipsius; in glo-  
riam, & venerationem  
Sanctissimæ Dei Geni-  
tricis Mariæ, omnium-  
que Sãctorum, ac San-  
ctarum curiæ cœlestis;  
in vnionem intentionis  
sãctæ Matris Ecclesię,  
& omnium ipsius filio-  
rum, qui tibi Sacrificiũ  
hoc, aut alia quæcun-  
que grata opera obtu-  
lerũt, oblaturive sunt,  
offero tuæ diuinæ Ma-  
iestati hoc Sacrificiũ,  
& quotquot à prima  
eius institutione obla-

*fac. pro eom. sacer. 63*  
ta sunt, & vsque ad mū  
di finem offeruntur, si-  
mūlque pretium San-  
guinis Christi Domini  
Redēptoris nostri, cū-  
ctōsque labores, & cru-  
ciatus ipsius, omnia  
merita Sanctissimæ, &  
immaculatæ Genitri-  
cis eius, omnem fidem  
iustorum, spem, carita-  
tem, & deuotionem;  
pœnitentiam, & mor-  
tificationem: labores,  
& patientiam: omnes  
gratiarum actiones, &  
laudes, quæ tibi siue à  
curia tua cœlesti, siue  
ab Ecclesia militan-  
te

64 *Direct. Intem.*  
te decantantur.

Deinde in virtute,  
atque efficacia infinita  
huius Sacrosancti My-  
sterij gratias ago im-  
mensæ Maiestati tuæ  
pro inexhaustis sapien-  
tiæ, scientiæ, meritorū,  
& gloriæ thesauris,  
quos in Sanctissima fi-  
lij tui Humanitate ab-  
scondisti, proque pie-  
tate illa singulari, qua  
eum mihi in Patrem,  
ac Doctorem: in Du-  
cem, ac Redemptorem  
concessisti.

Pro immensis gra-  
tiarum opibus, quas in  
Bea-

*fac. pro com. sacer. 65*  
Beatissimam eius Ma-  
trem, quam item nobis  
parentem, & aduoca-  
tam largiri dignatus  
es, contulisti.

Pro maximis bene-  
ficijs, quibus Sanctos  
Angelos, omnēsque  
sanctæ Ierusalē ciues,  
ac præsertim Sanctum  
N. quem hodie solem-  
ni ritu veneramur, af-  
fecisti.

Pro singulari bene-  
ficiorum copia, qua  
eos reple, quos effi-  
caci gratia per totam  
Ecclesiã ad perfectio-  
nem euehis: & ad tuam  
dulcis-

66 *Direct. Inten.*

dulcissimam familiaritatem admittis.

Gratias item ago, clementissime Pater, toto conatu mētis meę pro hac eximia misericordia, qua me è miseris sæculi erutum ad hunc perfectionis statum, in quo tibi seruiō, adeōque ad hunc altissimum Sacerdotij gradum euexisti: pro talentis, ac donis omnibus tum naturalibus, mihi seruorum tuorum indignissimo collatis; pro hac vicissitudine consolationum, & desola-

*fac. pro com. sacer. 67*

solationum, quibus vitam admirabili providentia tuis; pro omnibus bonis, quæ à te ijs collata sunt, quibus ego vel ex vinculo carnis, vel ex societate spiritus aliquid debeo.

Ac quoniam me indignum famulum tuum legatione fungi apud te voluisti, præceptis salutaribus monitus, & diuina institutione formatus audeo coram infinita Maiestate tua cor meum effundere, tibi que pro omnibus, pro quibus me orare iussi.

iussi.



68 *Direct. Inter.*

iussisti, Unigeniti tui  
merita repræsentare.

Respice igitur, beni-  
gnissime miserationum  
Pater, Ecclesiam tuã,  
sponsam tuam; auge in  
ea puritatem fidei, &  
munditiem sanctitatis,  
eamque labore viro-  
rum Apostolicorũ per  
totum terrarum orbẽ  
diffunde; hostium eius  
elide superbiam, & po-  
pulos à fide alienos ve-  
ritatis tuæ splendore  
collustra, ne pereãt tot  
imagines tuæ, tot ani-  
mæ, pro quibus pre-  
tiosus Filij tui sanguis  
effu-

*fac. pro com. sacer. 69*

effusus est; neue insultet inimicus nomini tuo magno, & dicat, Præualui aduersus eas. *Psal. 12*

Da summo Pontifici nostro N. cor docile, da Sancti Spiritus abundantiam, vt possit verbo, & exemplo regere populum tuum magnum. *3. Reg. 3.*

Intende oculos misericordiae tuae in vniuersos Ecclesiae Præsules, ac Pastores; fac eos super gregem sibi commissum fideliter excubare.

Da vniuersis quos

iii

70 *Direct. Inten.*

in Clerum, & partem  
tuam cooptare digna-  
tus es, morum integri-  
tatem, & vitæ sancti-  
moniam ad gloriam,  
nominis tui, & hono-  
rem ministerij sui. Ac  
præsertim super electâ  
sortem tuam, ac Reli-  
giosos Ordines omnes  
largû tuæ benedictio-  
nis rorem effunde; au-  
ge in eis cultum nomi-  
nis tui, spiritum exci-  
ta, feruorem accende.

Suscita in Ecclesia  
tua operarios incõfu-  
sibiles, qui eam & ver-  
bo fideliter pascant, &  
exem:

*fac. pro com. sacer. 71*  
exemplo confirment.  
Fiat in eis Domine, spi-  
ritus tuus duplex: da  
eis rectam ad te men-  
tis intentionem, zeli  
sinceritatem, contem-  
ptum sui, animi robur,  
virtutis constantiam. *Pf. 67.*

Da verbum euange- *Pf. 85.*  
lizantibus virtute mul-  
ta, vt omnes gentes  
quascunque fecisti ve-  
niant, & adorent co-  
ram te, Domine, & glo-  
rificent nomen sanctū  
tuum.

Supplico etiam ti-  
bi, Domine, Princeps,  
Regum terræ, procū-  
tis

tis

72 *Disect. Inter.*

ctis Regibus, ac Principibus Christianis, ac potissimum pro N. N. nostro, vt eis tribuas perseuerantem in obedientia fidei, & Ecclesie tuæ sanctæ famulatum, in ea tuenda constantiam, consilij donum, iustitiæ zelū, subditorum curam, bonorum amorem, & perfectam cum tua voluntate concordiam. Da terrorem super impios, & super quietos amorem, atque obseruantiam.

Supplico tibi, Domine,

mine,

*fac. pro com. sacer. 73*  
mine, pro omni Eccle-  
siae statu, pro Magistra-  
tibus, Iudicibus, con-  
iugibus, viduis, virgi-  
nibus; da eis abundan-  
tiam gratiae tuae, vt tibi  
in ea vocatione, in qua  
vocati sunt, dignè &  
laudabiliter famulen-  
tur. Præsta virginibus  
castitatē, Deo dicatis  
continentiam, coniu-  
gatis sanctimoniā, pœ-  
nitentibus indulgētiā,  
viduis, & orphanis su-  
stentationem, paupe-  
ribus protectionem,  
peregrinantibus redi-  
tum, nauigantibus in

D por-

74 *Direct. Inten.*

portum redire salutis ;  
optimis , vt in bonita-  
te consistant, bonis, &  
mediocribus vt melio-  
res fiant, prauè agenti-  
bus, ac delinquētibus  
vt citò se corrigant .

Offero etiam diui-  
næ pietati tuæ omnes  
ægrotos, tentatos, tri-  
bulatos, & in aliqua  
necessitate, præsertim  
extrema , aut graui  
constitutos, vt eis pro  
misericordia tua infi-  
nita subuenias , prout  
ad illorum salutem, ac  
gloriam tuam expedit.

*Heb. 5.*

Ac quoniam Vnige-  
nitus

*fac. pro com. sacer. 75*  
nitus tuus in diebus  
carnis sue pro inimicis  
suis clamore valido  
supplicans exauditus  
est, nosque pro ijs pa-  
ter orare præcepit, to-  
to corde ante tribunal  
tuum prostratus iaceo  
vt inimicis meis siue  
cōmunibus, siue priua-  
tis dimittas quicquid  
in me admiserint, &  
eorum pectora vero il-  
lo, quem Dominus Ie- *Mat. 12*  
sus venit mittere in  
terram, caritatis tuæ  
igne incendas.

Recordare, beni-  
gnissime Domine, eorū

D 2 om-



76 *Direct. Inten.*

omnium, qui in peccato mortali versantur,   
 *Ex. 33.* quia non vis mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur, & uiuat. Scis, Domine, eos sine gratia tua cōuerti non posse. Supplico proinde infinitæ pietati tuæ, ut eis concedas auxilium efficax, quo ad veram pœnitētiam trahantur, atque iterum uiuis mystici tui corporis membris uniantur.

Respice ad animas tuo sanguine redēptas, quæ purgatorijs flammis

*fac. pro com. sacer. 77*  
mis expiantur, & earū  
pœnas optato miseri-  
cordiæ tuæ imbre re-  
stingue.

Da eis Angelorum  
consolationem, dolo-  
rum refrigerium, &  
citò purgatas in con-  
spectum tuum, & in  
sinum beatæ æternita-  
tis admitte.

Denique quoniã in  
hoc admirabili myste-  
rio opes omnes meas  
conclusisti, accedo ad  
te, clemētissime Deus,  
& Pater Domini no-  
stri Iesu Christi, tanquã  
ad vnicum refugium,  
D 3 meum,

78 *Direct. Inten.*

meum, spem, & consolationem meam, & effundo cor meum in conspectu tuo, tibi que hoc sacrosanctum Sacrificiū offero in actionē gratiarum pro omnibus beneficijs à te mihi collatis ab instāti cōceptionis meæ, quorum numerus, mēsurā, & pondus apud te solum est; ac præsertim pro hac vocatione Religiosa, & Sacerdotali dignitate. Suppleat tenuitatem meam virtus infinita huius Sacrificij. Respice in faciem Christi

*fac. pro com. sacer. 79*  
Christi tui, & quas pro  
indignissimo seruo gra-  
tias offert, benignus  
admitte.

Audi etiam vocem  
ipfius pro vniuerfis  
peccatis vitæ meæ, &  
ipfius meritis cōdona  
quod indignitati satis-  
factionum mearum nō  
debetur. Verè enim *Luc. 15.*  
Pater peccaui in cœ- *Pfalms.*  
lum, & coram te, & *138.*  
multiplicatæ sunt ini- *Pfalms.*  
quitates meæ super nu- *129.*  
merum arenæ maris; *Pfalms.*  
sed copiosa est apud *144.*  
ipsum redēptio, & mi- *hebr. 12*  
serationes tuæ super *Pfal. 59*

D 4 om-

80 *Direct. Inter.*

omnia opera tua .

Audi sanguinem filij tui melius loquentem quam Abel, & in virtute oblationis huius miserere clienti ipsius secundum magnam misericordiam tuam. Da mihi, Domine, in proposito constātiā; auge in me fidem, spem, caritatem, paupertatē, castitatem, obedientiā, & reliquas virtutes statui meo necessarias .

3. Reg.  
3.

Dirige me in via tua; ego enim sū puer parvulus ignorans introitum, & exitum meum.

Da

*fac. pro com. sacer. 81*  
Da mihi de te sentire,  
vt debeo, & pro amore  
tuo terrena omnia fa-  
stidire. Da mihi cor  
pœnitentia compun-  
ctum, fiducia latum,  
caritate succensum; er-  
ga te summissum, erga  
parentes pium, erga  
maiores deuotum, erga  
Prælatos subiectum, erga  
benefactores gratum,  
erga amicos affabile,  
erga egentes miseri-  
cors; in prosperis hu-  
mile, in aduersis forte,  
in factis simplex, in di-  
ctis verum, in cogita-  
tionibus rectum. Au-

D 5 fer

82 *Direct. Inten.*

fer à me quicquid oculis tuæ Maieftatis displicet, & qualem me esse defideras, quia tu solus id potes, esse concede.

Eadem ratione, & forma offero, & rogo pro parentibus meis, fratribus, necessarijs, & ijs, quibus aliquid debeo, ac præfertim pro N. N. pro quibus nominatim orare constitui; ac denique pro ijs omnibus, qui mei memoriam faciunt in suis orationibus, vel meis quamuis indignis  
se

*fac. pro com. sacer.* 83  
se cōmendauerunt. Da  
quod ipsis maximè ex-  
pedit iuxta eorum sta-  
tum, & conditionem;  
eorum preces, & vota  
imple, necessitatibus  
subueni; esto eorum  
præmium, & merces,  
vt simul omnes occur-  
ramus vultui tuo, & *Sap. 10.*  
victtricem manum tuā  
laudemus pariter in  
sæcula sæculorum.  
Amen.

D 6 DI-



DIRECTIO  
INTENTIONIS  
breuior quotidie  
facienda.


*Greg. XIII. concessit  
30. dierum Indulgē-  
tiam hanc Orationē  
ante Missæ celebra-  
tionem recitanti.*

**E** Go volo celebra-  
re Missam, & cō-  
ficere corpus, & san-  
guinem Domini nostri  
**I E S U** Christi, iuxta  
ritum

*Brevior quot. fac. 85*  
ritum sanctæ Romanæ  
Ecclesiæ; ad laudem,  
& gloriam omnipotē-  
tis Dei, totiùsque cu-  
riæ triumphantis: ad  
utilitatem meam to-  
tiùsque curiæ militan-  
tis; pro omnibus, qui  
se commendauerunt  
orationibus meis in  
genere, & in specie; &  
pro felici statu sanctæ  
Romanæ Ecclesiæ.  
Amen.

Gaudium cum pace,  
emendationem vitæ,  
spatium veræ pœnitē-  
tiæ, gratiam, & con-  
solationem Sancti Spi-  
ritus,

86 *Direct. Int. breu.*  
ritus, perseverantiam  
in bonis operibus tri-  
buat nobis omnipotēs  
& misericors Domi-  
nus. Amen.



DIE



# DIE DOMINICA

Ad Deum accedam

vt Regem.

## ANTE MISSAM.

*Directio Intentionis.*

Deus cæli, & terræ. fol. 60.

Ego volo celebrare Missam.

fol. 84.

*Contritio cordis.*



EXAUDI, D. Aug.  
 exaudi, gust. So-  
 audi me, lilog. &  
 Deus me. lib. 1.  
 us, Domine meus, Rex  
 meus, Pater meus, cau-  
 sa

88 *Die Dominica*

fa mea, spes mea, res  
mea, honor meus, do-  
mus mea, patria mea,  
salus mea, lux mea,  
vita mea; exaudi, exau-  
di, exaudi me more il-  
lo tuo paucis notiffi-  
mo, iam te solum amo,  
te solum sequor, te so-  
